**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

Passio beatissimorum martyrum Emeteri et Caledonii qui passi sunt

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

Impiissime & iniquissime fili diaboli non solum tu
non uereris deum qui tibi haec donauit principatum.
Per ipsum enim reges regnant & tyranni obtinent
terram, & principes seruiunt iustitiae. sed & me co
gis relinquere eum unum & uerum deum factorem
& saluatorem omnium nostrorum. & adorare
uana & saxea simulacra. Preses dixit ad eum.
Gaudius nobiscum esse aut cum christo tuo. & sanctus
martyr dixit. Cum christo deo meo semper fui & sum
& ero. Uidens ergo iudex obstinationem tolerantiae
eius. protulit aduersus eum sententiam dicens.
Quo non consensisti nestor uictoriosissimo regi
neque diis inmortalibus. sed secutus es ihesum cruci
fixum sub pontio pilato a iudeis et claudio. ergo
ut non sit inde uotus deo tuo habeto eius sententiam
ut ligno crucifixus pereas. Cumque iussisset iu
dex. communi celeritate propinatum est
lignum ut cruci figeretur. Confixus autem
ligno beatus nestor docebat singulos christia
norum dicens. filioli stabilis sit nostra confes
sio ad deum, & non negemus eum qui pro nobis
passus est christum. ne gaudeat diabolus de famu
lis christi conpatiamur ei, ut conglorificemur.
non negemus eum, ut ipse nos non neget. Me
mores estote quia pater eum misit redemp
torem animarum & abolitione peccatorum
nostrorum qui peccatum non fecit. & pro nobis pecca
tum factus est. & omnes ei nos donauit pater. ut in
nomine domini omne genu flectatur. & celestium
& terrestrium & infernorum. & omnis lin
gua confiteatur quia dominus ihesus christus in gloria est dei
patris. & dixit adstanti turbe. filioli. Ore
mus & genua flectamus ad deum per dominum nostrum
ihesum christum. Omnibus autem flectentibus genua
& simul ipso de ligno orante ubi conpleuit
& dixit amen. dimisit spiritum.
Explicit passio beati nestoris.

# INCIPIT·PASSIO·
# BEATISSIMORUM·MARTYRUM·EMETERI·ET CELEDONII·QUI PASSI SUNT·

## VI·NONAS·MARTIAS·

Etsi priscarum antiquitas passionum quibus sunt
beati martyres emeterius & celedonius consecrati
gestorum fidei uel omen oblitterante obliuionis
obducunt. tamen quia uiuax insigne martyrum
ipso suo silentio proclamandum. nec debet latere.
nec potest in auctorum uicem laus celebrata succedit.
que & si munus tuae celestis glorie sui dignitate non in
plet. Contra inuidiam tamen illorum temporum
taciturnitatem annuum munus uotis sollemnibus
explet. quod quidem de conprobata innumeris
exemplis eorum dignatione presumptum est. ut
offitia obsequentis inciperent. quod laudantis ine
rtia sequare non possent. famulatus iste non in uer
bis estimandus est. sed in uotis. maior est enim quodam
modo inpossibilitatis effectus qui cessit in more
uictrium. & uerecundie sue prodiga semper est
ac profusa dilectio que posse non cogitat dum uelle
conpensat. pro plenitudine conatus habetur.
& si tacitum fuisse profecto diuma ferentis infirmi
tas latet sub maternu dignitatum. & quod non potest
laudans adsequi. non sibi ueretur adscribi. dessic ser
monem securus aderedatur. quia prius honoris mag
nitudine quid predicaturus est & eulsatur. Nec sic
hominis historie series inuidiam aboleat obliuione.
& pro etatis ordine reuiuescent fame uiuax portio
pollulauit. ut facile possit intellegi & inde quod predicatur
quam sit magnificum quod celatur. Exequendus est
igitur ordo rumoris & laudis admiranda narratio
ut quod in habitu sermo non explet in uertice soli
subministret. legionarios fuisse milites fama est. atque
ibidem secularibus primum stipendiis militasse.
ubi nunc sita est oppidum. Appellatio antiqua castra
& cum adhuc galletia cum terraconensi prouintia
sociata hispania ulterior habe retur feralis clan
gor classica gentilis intonuit. quo obsecrantium
nominis christiani rabida persecutione uexaret.
Ecce in nos fame destituit & pressatum insignium
factorum gloria conticescit. sed ipsa sui decep
ta probatur obliuio dum credentium pectoribus
fides inserit. quod audientium auribus ta

crudelitatis abnegarunt. Seu igitur ante acte uite operi
bus proditi quia principi omnium deo etiam in castris se
cularibus militarunt. siue repentino sancti spiritus ardore suc
censi positis mundi armis ad hoc proelium cucurrerunt.
In utroque felices. In utroque gloriosi. qui aut dominum a prin
cipio sunt secuti. aut a deo qui inspirati premia
mererentur sunt electi. Sed unde hunc fuisse passionis
locum cum ab hoc legionensis ciuitatis distet spatiis sus
picamur. aut tractos ne huc credamus. aut sponte uenisse.
Coniecturam sensus in utroque mutamus. Utrubique proelium
sublime cernamus insigne. porro hinc procellam perse
cutionis in fide. naufragia timuit gentium. Ad desider
ium florentis palme prolatis sunt rumoribus excitati.
Inter prima sui itaque dignitates regnorum celestium
sunt ponendi. quia ad passionem uenerunt non que
siti. Excellentis uotis est inter tormenta prosilire.
ubi non est criminis latuisse. sic credo alterum alter
effectus est. Diu est frater karissime quodlibus
uanis stipendiis seculi militamus. ubi missio tantum mor
tis & breuissimo caduci temporis fine conclusa est
sequamur ueri regis signa uictricia. Ecce imminet bel
lum fidei. & occasio nobis augere ordinem militandi.
Ueteranos mundi tirocinium celeste suscipiat. Re
iectis mortalibus telis. sumantur arma diuina. que in
conflictibus non pauescant. nec in infirmis mucronibus
infracta dissoluant. fortius continuo sentiemus nos
esse munitos cum signo ferri nominis eius a uexillo in hostem
quia nobis uincendus est inferemur. firmet pectus inter
pidum contecta fidei opere lorica uirtutum. Operiat
uulnerum loca opposito semper scuto inpenetrabili
protectione fiducia. attollant cornu ga lee ad
herentes in uicem uirtutis excelsa fastigia. Feriat
ubique hostem missilibus suis uibrata confessio. hec si
munimenta sempiterna. hec uera dilapsa de celo
prius interpretatu errore gentilitatis ancilia. & hec
quidem dicente uno quodam diu adoraretur. se se
credo alius increpauit. hec referens. me hebitat
frater summis rebus adhibere consortem. si et tibi
ante acta societate sum cognitus. ut ad celestem glo
riam uidear persuadendus. quin in modis
nisi istis fabulis probemus hoc factis.

& laterem fidei ostem. ubicumque fuerit inquiramus. Ar
deret animus inter adgredi. Lente enim quodammodo credu
litatis est & liberi. Sed quia eos actionis sponte huc aduenis
se tractabimus. non estimemus adtractos. unde in castris
secularibus militantes idonei uisi sunt esse martyrio.
nisi priores uite proderentur exemplo. & qui de ulti
ma sententie sortem ibidem potuerant excipere con
prehensi. nisi propter constantiam confessionis longio
ribus suppliciis putassent eos posse superari. Apparent eorum
uirtutum preclara merita. quibus tam diu differunt
extrema. quotiens credo per tantos circuitus uicti
tum. seuientia circa eos persecutionis sunt recursa
tormenta. Iterum uulnerum uis & in augmentum
doloris sepius dilata sententia. ut reparant & in sanitatem
carnis ficum obductio cicatricum. Quotiens grauius
instant torquere parcendo sanctus indulta suppliciis
ut in cruciatibus & cresceret quod in eruditione ces
saret. Quanta tormentorum genera & excogita
uit artifex & ingeniosa crudelitas ut in corpore to
tiens lacerato locum pene nouitas inueniret.
Quotiens credo flammis ungule. quotiens ungulis
flamma successit. Ut & ille inanes cruorum uias
clauderent. & iste pruritus nouis uulnerum rese
carent. Uno modo cuncta possumus inuenire quod
nihil non a seuiente malo patiatur qui tam diu con
fitens reseruatur. Quid illud quo loco ponendum est
quod temporis illius nemo martyr alius inuenitur.
quantum nunc credimus ad unum persecutoris obiectum.
quod licet tantum domini cunctis negantibus confitentur.
quanti in eos furoris stimuli gentilitatis incumbunt.
In quibus putant primatum quod resistunt. non per
multos crudelitas spargitur. nec in tanto pleriumque
poenis tacitis lassatur. Duo sustinent quicquid
populis propositum est. Nemo potest maior ibi
questionis insistere. quam qui uicisse a quaesitis
magis non debere. quas fuisse credimus inter ista
tanta supplicia constantissimorum martyrum
uoces. Celestium signa uirtutum contra eos per
cuterent tam prolixo tempore non custodis langu
lor efficeret. non macies deponeret. non pallor
fedaret. non dolor sensus adfligeret. sed inter ta

faciei & decora caesariem rapidi furoris insaniam
inter exquisita membrorum tormenta ridere &
quotiens credo inter urguentes minas & fidelius
confitemur vox caelestis adorationes auditur est
quotiens adhibentibus ardoribus facies ignis testi
ficavit vim divinae lucis & claritatis. Intellegi sine
dubio potest quanta mirabilia illa tempestate
sint facta quorum prodi in posterum gesta
generalis expavit invidia. Fecit quippe secre
te adsocios suos iudicem temporis illius sic locutu
Audite si collegae vos audimus ipsi ineffabilia mi
racula & quae vix credere nolumus horrium
excepimus auribus nostris constitutorum linguarum
contumeliosa convitia. Aspeximus fortiores tor
tos fuisse tortoribus. & quamvis sedilis principu
nostrorum inter tormenta ferremus compa
bilem tamen crudelitatis rubore cessavimus. lu
gremus saltem inrisionem temporis post futuri.
Nulla haec aetas legere voluerimus nullus tanto
uenit nexpi ut fideles talium quam armetur
exemplo. necdelessa gloriam tamelerauitu
te magnificent. Habet & aliquid per secutione
non lucrum. si haec actu consumat incendium.
Quid tibi prodest maltractati ut uxore & filii
genuisset. noluistis nos scire quod credebimus
manet incorrupta fides sensuum. & sine mo
ra est sepulturam dei quae per nos esse sit cunctu
semper potuisse. Illud sane quod post dictam
sententiam capitulem caesaris plauderent
accepit. subtrahere fraus inimica non valuit
ferunt namque euntes ad consummationem devotione
locum praemia futuri muneris ad caelum signa
misisse. ab uno orarium ab alio anulum obse
quenti ab alio clavum fuisse. Cuiusque mu
nera non usta specie verum aestimantur ultra
te pretiosa. Ani sedes flavi portamentum suscep
pit. Ambonis geminis remissa fercula liben
ter amplexos. unum quod esse fides testium
aliud sanctori sindicium. salute xpi rudiment
salute pari nobile & hec honoris debiti festa sol
lemni laetitia concelestis misit &. Hanc ergo

diem gaudiis exultantibus celebrare numquam vo
ces strenuas impediret. si autem consortio hominum
non esset desinit sollicitudo aut quod sollicitudi
ne peius est circum suas barbaries est. hoc est quod
saevus auferre non potuit inimicus. Sacrorum titu
los corporum & adornanda sanguinis impressa
vestigia hic ubi se iacere arbitratus est consecravit
& quidem haec omnia luculentis aliorum sermonibus
adornanda fieri sapidi testes eloquentissimi ho
minum operibus inspirati nisi qualibet humilem
oblationem parvi muneris reservassent obsequiis
sacerdotes. Auxiliante deo patre omnipotente
cum xpo filio suo qui vivit & regnat in unitate
spiritus sancti in saecula saeculorum amen.

Explicit passio [illegible]

# INCIPIT PASSIO SCORUM MARTYRUM SATURI SATURNINI FRATRU. REVOCATI FELICITATIS SORORIS EORUM ET PERPETUAE QUOD EST NON. MARTIAS.

Facta hac persecutione sub Valeriano &
Gallieno comprehensi sunt viri iuvenes
Saturus & Saturninus duo fratres revocatus & fe
licitas soror eius & perpetua quae erat de nobili ge
nere quibus habebat patrem & matrem & duos fratres
& filium ad mamillas. Annorum enim erat illa xxii.
Apud Africam in civitate Tuburbitanorum. Ami
nutio proconsule comprehensi sunt quibus ait deos
invictissimi principes Valerianus & Gallienus iusse
runt ut sacrificetis. Saturus respondit. Hoc nos
non sumus facturi. xpiani enim sumus. Procon
sul iussit eos recludi in carcerem. Siquidem bonienim
precepta. Audiens enim pater propter eam esse
comprehensam cucurrit ad carcerem & videns eam
dixit. Quid hoc fecisti filia dehonestasti enim
generationem tuam. Numquam enim de genere nostro
aliquis missus est in carcerem. Perpetua vero clamat
ad eum. Pater, ille respondit quid est filia.
Perpetua dixit. Ecce uerbi gratia vides vas la
centem aut fictile. dicitur libet generis